

cap. 70. De Malo, q. 6. a. 1. ad 15. In 2. dist. 28. a. 2. ad 4. r. p. q. 62. a. 3. ad 2. & q. 11. t. a. 2. in O. 1. 2. q. 106. a. 2. ad 2. alijque locis) pater ex sacr. Pag. Christus, Matth. 23. 38. Ierusalem, Ierusalem, quoties voluit congregare filios tuos: & noluisse? Itai. 42. 24. Noluerunt. Ierem. 5. 3. Induraverunt facies suas supra petram, & noluerunt reverti. 7. 13. Vocavi, & non respondistis. 15. 18. Renuit curari. Sic alia, quæ Stephanus comprehendit, dicens: Duræ cervicis, & incircuncis cordibus & auribus, vos semper Spiritui Sancto resististis. Act. 7. 51. Prosper. in Pericharist. v. 358. accinit:

S. Profp.
At bonitas divina quidem non desistit omnes
Velle vocare homines: sed non simul apta fuerunt
Corda quibus possint conferri dona salutis,
Dum morum obstipuit feritas truculenta magistris;
Ut quoniam iucem offerri voluisset, & ipsis
Demonstrare Deus; sua quemque adversa voluntas
Arguat, & culpa obstringat.

Eth. 13. 9. 34 Nec urget quod dicitur à Mardocheo: Domine Rex omnipotens, non est qui possit tue resistere voluntati, si decreveris salvare Israël: igitur haudquaquam quia voluntas non possit resistere; sed quia resistentia non erit impunis. Quis resistit ei & pacem habuit? Iob. 9. 4. Fortis est robore. Quis resistit tibi? Ex tunc ira tua. Grave utique incommodum ex reluctancia, quia durum summè, contra stimulum calcitrare. Patet in demonibus & damnatis, qui renuunt puniri, & puniuntur; quippe resistentia nihil possunt. Ictico non dicit: Non est qui resistat, sed qui possit tua resistere voluntati, ita ut resistentia prævaleat; quippe in eius ditione universa sunt posita, & omnia quæcumque voluit fecit in cælo & in terra. Signata ab Ethnicis divina potestas catenâ illa aureâ, à quæ suspensi Dij, Deaque quin possint confringere, nec movere, uti subordinati supremo potenti Namiui. Homer. 8. Iliad. à v. 6. Marc. Senec. Controv. 2. in fit: Voluerunt Dij immortales vires suas offendere, ut appareret, quod nulla vis humana divinis resisteret. Calimach. ubi supr. v. 25. Quis resistit Dijs beatis? Malum est, & Virg. 6. Æncid. vers. 117.

Pfal. 75. 3. Quo pacto resistendo, nemo potest Dei resistere voluntati
M. Senec. Potes namque omnia.
Virgil. Loquitur Mardocheus non de velle, sed de posse: Deusque semper poterit in decreta, etiam si quis voluerit resistere repugnantia. Multa sanè sunt contra voluntatem Dei à malis, ut notat August. 22. Civ. cap. 1. idest, contra complacentiam, quippe displicet malum; sed nequaquam contra propositum gratiæ suæ. Nolentem prævenit ut velit: volentem submittitur ne frustra velit: ait idem Enebirid. cap. 30. Velle naturæ est, velle bonum à gratia.
Frustrâ invisse velit, nisi præferat ille affectum, cuius comitetur gratia cursum.
1. Tim. 2. 4. August. Atruit huiusmodi potentiam Augustin. ibid. cap. 97. Apostolus verisimè dixit, quia omnes homines vult salvos fieri. Cum enim non omnes, sed multo plures non sunt salvati, videtur utique, non fieri quod Deus vult fieri; humana scilicet voluntate impediante voluntatem Dei. Quando enim quaritur causa, cur non omnes salvati fiant; responderi solet, quia hoc ipsi volunt. Metricè Prosper. d. à v. 382.

— lam pande, quid hoc sit,
Quod bonus omnipotensque Deus non omnia subdit
Corda sibi, pariterque omnes iubet esse fideles?
Nam si nemo usquam est, quem non velit esse redemptum;
Haud dubiè impletur quicquid vult summa potestas.
Non omnes autem salvantur: magna que pars est,
Que sedet in tenebris mortis, nec vivificatur.
An varij motus animorum talia gignant,
Libertate que facit causam non omnibus unam?
— In nostro cognosces tempore multa
Que doceant virtute Dei conversa malorum
Corda, quibus recit nihil unquam insederat, & qua
Nullam iniustitia signum, sensumque gerebant.

Ubi est illa omnipotentia, qua in cælo & in terra (inquit August.) omnia quæcumque voluit fecit; si colligere filios Ierusalem voluit & non fecit? Collegit ipse quos voluit. Quis porro tam impudè desipiat, ut dicat, Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, ubi voluerit, in bonum non posse convertere? Cum facit, per misericordiam facit:
Eth. 13. 9. Iudith. 16. 17. Illuminatur qui à peccato conversus erit.

ele: cum autem non facit, per iudicium non facit. Cuius vult, miseretur, & quem vult, in daturat. Hoc est, subtrahit auxilia gratiæ, quæ possit illuminari, & sine quibus induratur, fordescens adhuc qui in fordidus est, ut destruat & non ædificetur. Vid. Alap. ad Rom. 9. 18. & quæ diximus: Tom. 3. T. 14. n. 21.

36 At explicandum, quomodo si voluntas nostra necessaria in ædificium; Deus qui ædificare decrevit, ut ædificetur, nolentem, prævenit, ut velit? Facillime: illuminando. Quid enim fortius desiderat anima, quam veritatem? Volentis inhæret bono, sicut veritatis ratio: & cum gratiâ Dei pateat, quod anima peccato uti cæca non cognoverat; per veritatis lucem, delectatur voluntas, quem amaverat errorem. Peccato quodammodo captiva voluntatis libertas: gratiâ Dei effulget libertas consilij, & quæcumque Dei animæ libertati complacita. Tunc enim trahitur, voluntate trahitur, imò voluptate; quippe videtur lumen pridem absconditum, & gustatur dulce super mel & favum.

Quomodo Deus sine violentia, non lentem facit quod velit?

— Illa se corde manemus:
Libertate agimus: sed libertate redemptâ;
Cui Deus est rector, summoque ex lumine lumen;
Vita, salus, virtus, sapientia: gratia Christi est,
Qua currit, gaudet, tolerat, cavet, eligit, instat,
Credet, sperat, amat, mundatur, iustificatur.

S. Profp.

Accinit Prosper. d. à v. 1046. & Severin. Boëtius, 3. de Consol. Philosoph. Met. 9. v. 202 aliò: Animas,

— Quas lege benignâ
Ad te conversas reduci factis igne reverti.

Boët.

37 Lucet perspicuè, summeque in Doctoris Gentium conversione. Unde ut ait: Euripid. in Alcest. v. 1030. Ex rebus insperatis gratia Deorum hominibus maior apparet. Hanc conversionem mirabiliorem cunctis signat D. Thom. 1. 2. q. 112. art. 2. ad 2. quia subito, cum esset in progressu peccati, perfecte motum est cor eius à Deo. Ut autem de celo vocaretur, & tam magnâ & efficacissimâ vocatione converteretur; gratia Dei erat sola, quæ merita eius erant magna, sed mala: ait August. de Grat. & liber. arbitri. cap. 5. Potest homo resistere, & peccatis obæccatur, quorum pondere præcipitatus libero arbitrio arcatur & premitur, ne videat lumen surgentis Auroræ, auxilij excitantis vel moventis; quia si ad Deum accedentes illuminantur, minime illuminantur, qui recedunt, & lucem tenebris demeritorum fugiunt. At cum Deus miseretur, cuius miseretur, & miseretur cuius vult, in bonum convertens malas hominum voluntates, quas, quando, & ubi voluerit, quin libero arbitrio opponatur (quia, ut ait S. Prosper. lib. 2. de vocat. Gent. cap. 28. Ad obediendum sibi, ipsum velle sic donat; ut mutabilitatem, qua potest nolle, non auserat) illuminant mentem, cuius illustratione, à peccatore sit, quod Deus vult fieri, & quomodo & quando vult, nolentem, præveniendò ut velit, & volentem subsequendo, ne frustra velit. Mutat Deus cor Pauli infusione suavitatis, ac luce veritatis infallibilis, qua libero gaudens consilio, iudicio recto, gavissus etiam complacito. Cognovit, quod ignorans non cognoverat, fegregans se à propria voluntate, cuius antea volitiones iam odiosæ, utpote segregatrices voluntatis à bono incorruptibili, summo: cumque ratio quocumque veritate, & gratiâ Dei invenerit; gaudio gaudet: & trahitur liberè impetu, quicquid dulcissimis; ita ut gravatorem separata ab hoc bono cognito: haud quia non possit longissimè abire, & fugere resistendo cognitioni, quod profectò faceret, si vellet: sed non vult facere, nec velle vult; quia, ut inquit Bernard. d. cap. 6. Non tantum velle adiacet ex libero arbitrio, sed ex reliquis quoque duobus invenit & perficere: dum nec velle valeat quod malum sit, nec eo carere quod velit; quorum alterum est ex libertate consilij, idest, verum sapere: alterum ex libertate complaciti, scilicet plenum posse. Prosper. quò dudum, v. 408.

Euripid. Conversio Pauli unâ mirabilitè August.

S. Profp.

— Mutans intus mentem, atque reformans,
Vasque novum ex fracto fingens, virtute creandi.

Cur bonam ita renacere appetit bendis

Bernard.

S. Profp.

38 Hinc elucet, cur dictum, ut vidimus, num. 34. Nemo est, qui possit sua resistere voluntati: & Iudith. 16. Non est, qui resistat voci tuæ. Nemo voluptati resistit, maxime dum vita in voluptate eius; quippe voluntas naturaliter tendit in rationale placitum, uti in bonum & honestum, ex cuius possessione resultat gaudium. Quandiù abfuit præ iniquitate liberum iudicium, abfuit etiam liberum complacitum, quoniam velle voluntas prava nequibat, quæ cæca non cognoscebat. Gratiâ Dei illuminavit tenebras, quoniam sic fuit Dei voluntas: humanaque liberè amplectitur & ambit, cui pridem resistit, quoniam radijs gratiæ errorem in resistentia cognoscit. Ita Magdalene, ut cognovit, penitens lachrymavit. Tom. VI. M 2

ri

Jerem. 31. 19. si cepit. Ita Ephraim dicit: Postquam convertisti me, egi poenitentiam: & postquam ostendisti mihi (Hebr. Cognoscere me, fecisti) percussisti semur meum. Vel apud Ethnicos cuiusmodi cogitationis reflexio. Euripid. in Supplic. à v. 73 r. succinit.

Nunc videns hanc in speratam diem, Iudæo Deos esse, & calamitates meas esse minores, clem. Dij immiserint pœnas; O Jupiter, quidnam miseros homines Dicunt sapere? Ex te enim pendemus; Et talia facimus, quæcunque tu vis.

39 Ideo non est, qui divinæ possit resistere voluntati, quia non potest resistere dum assentire: & Dei gratia ita mentem illustrat, ut veritati, errore cognito, assentiat. Quædam (ait Senec. de Const. Sap. cap. 7.) eius conditionis sunt, & hac vice copulantur; ut alterum sine altero esse non possit. Possum pedes movere, ut non curram: currere non possum, quia præter moxeram. Possam, quanvis in aqua sim, non natare: si nato, non possum in aqua non esse. Scholastici, ni fallor, dicunt sensum compositum & sensum divinum: & potentiam consequentem, aut antecedentem: egimus, Tom. 3. T. 14. n. 21. Voluntas vult quod placet, renuit quod displicet. Gratia nolentem prævenit ut velit, & liberè velit: nemoque est, qui resistit voci, nec divinæ voluntati; quoniam nequit esse resistentia complaciti, ex iudicij illustratione: tuncque animæ illuminatæ nihil magis placet, quam gratia Dei, cognitum huiusmodi bonum, uti uacuum, & omniao. Ita enim intellegendum illud August. de Corrupt. & grat. cap. 14. Magis habet in potestate voluntates hominum, quam ipsi suis. An quia cum vult, intus agit, corda tenet, corda movet, sine dubio habens humanorum cordium, quod placet inclinandum omnipotentissimam potestatem? Utrique: verum: quomodo? Libertatem ut veint, & nolint, si voluerit, relinquendo; & mentem gratia desuper illuminando, quæ licet voluntas resistere possit, non vult ex gratia nisi assentiri. Voluntas humana est: quæ in bonum magis a Deo, quam ab homine habetur; quoniam sufficientia non ab illo, quasi ex illo, sed ex Deo: qui quidem cum misereatur, cuius misereatur, & quem vult, induret (Misereatur, bonum tribuens: obdurat, digna retribuens: ait idem de Prædestin. Sanctior. cap. 8. & D. Thom. 1. 2. q. 79. art. 3. Substrahit gratia, ex qua sequitur, quod mens divinitus non illuminatur, ad rectè videndum; & cor hominis non emollitur, ad rectè vivendum.) hunc deserit in peccato, quod misit tenebras & obscuravit: & illum perducit in rectum, illuminando abscondita tenebrarum; quippe illuxit in corde ad illuminationem scientiæ claritatis, cuius ratio voluntas humana assentire liberè; invento bono: sicque homo in propria potestate habet voluntatem; quippe liberè vult; & hæc voluntas est in potestate Dei, quia vel nolentem illuminat, ut liberè velit. Quæ ad hæc quaritur? Voluntati enim eius quis resistit? inquit Paulus. Rom. 9. 19. Roborat Ieremias, Domino dicens: Fortior me fuisti, & invulvisi. Reluctantem manus propheticum (propter operis difficultatem) me suscipere voluisti; & volens, libens, quæ tu illustrasti, suscepi.

40 In Tautologias aperta est via. Nequaquam converteretur Israël, ni Deus converteret: ideo dicit, Convertere me, & convertar. Nam meritum ad mortem subeundam, sufficit unum: Ad vitam, nisi quod donaris gratia, nullum.

S. Prop. Subdit Prosper, v. 836. Assentiente voluntate, & gratiâ illuminatricè, Deus edificabit Israël, & hic sine dubio edificabitur. Edificans Ierusalem Dominus, dispersionis Israël congregabit. Non est qui divinæ possit resistere voluntati, si decrevit salvare Israël. Edificabo, ait Dominus, & edificaberis: dicitur Rursum; quoniam per idololatriam dispersi erant lapides Sanctuarij. Verum virgo Israël quæ per velle malum iure perdidit posse bonum; & gratiâ, per posse bonum superare poterit velle malum; equidem habebit verum sapere, & posse perficere; ut ad gratiam per gratiam rationale edificium restitatur. Rursum edificabitur, igitur Deus decrevit edificare. Quantomlibet prævaricatrix, recedens, malitia teax, cuius cor incredulum, & exasperans; nolentem gratiâ prævenit, ut velit, quæ Deus voluerit, licet recedere possit: volitaque etiam assensu, operatione perficiet; permanentem adicij firmitate, voluntate permanente in dilectione: quin destruat Deus quod in illa sine illa & cum illa edificaverit; quia veritatem sequetur, ex quo errorum proprij velle cognoverit, corde (quod pravum) iuxta cor Dei, gratiâ pravos præveniente, qui convertuntur ad cor. Sic enim cœlitus edificantur, & impj ad Deum convertentur, sequente & præveniente eius gratiâ, sine qua merita nulla. Luculenter Arator 2. in Act. Apostol. à v. 376.

Quid

Quid enim reâ sauce parentum Progenies sibi iure petat, Sator ille benignus Ni donare velit, quicquid temerarius error Corrupto natali tulit? Via sola salutis Affectus parentis erit: misratio semper Conditione caret præstans indebita Cbrisus.

Arator.

41 Fortiorem se Deum expertus est Ieremias: & restat investigandam, cur dum expertus fortiorem? præmisit: Seduxisti me Domine, & seductus sum. Nomen quod seduci, seducere nequit; quippe nec fallere potest nec falli. Lyranus ingeniosè aberrat, longe trahens argumentum Ieremix pro comprobatione veritatis; dum à Principibus vocabatur nomine infami ridiculi seductoris: q. d. Si seductus loquor, à Domino sum seductus; quia ab illo audij, quæque vobis, urbiq; prædixi: profectò veritas est, eritque sanè; siquidem Deus nequit seducere. Dixi ingeniosam ratiociniam, sed patet importunum & violentum. Idem dicit cap. 4. Propheta: Heu, heu Domine Deus: ergone decepsisti populum istum? Abist omnino etiam cogitatio. Quid ergo? Deridetur Ieremias, eo quod assument illum universa mentium; & cuncta quæ prædixerit esse ventura, mendacia fuerint (inquit Gloss. hic ex Hieronym. in cap. 20. 7.) Propheta enim statim putaverat futurum, quod Dominus minabatur; & populus assimabat, nequaquam ultra venturum, quod statim non veniret. Unde à Domino quæritur deceptus, quia non revelaverat tempora, quæ adimpletur prædicta: quia quidem cum statim non venirent; Prophetam non prophetam cogitarunt, sed mendacem. Quia citò non profertur contra malos sententia, absque timore illo filij hominum perperant mala: Eccl. 8. 11. & cum mala illos apprehendunt, præ angustia spiritus gementes, de vitiis dicunt: Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij: nos insensati vitam illorum estimabamus infantiam. Sapient. 5. à v. 3. Dum Ieremias quæritur de seductione Domini, non cogitat à Domino seduci posse; sed exprimit in rebus effectum contrarium eius cogitationi, & modo loquendi vulgari, quasi à Domino seductus fuisset. Sicut cum amicus sciens amico futuram calamitatem, non monens ut caveat, dicitur deceptor (quia quicquid deceptor faceret, silentio fecit) ita cum Deus non revelasset Ieremix, quæ sciebat, deceptus à propria cogitatione, seductus dicitur à Deo amico; quia illum haud monuit de calamitate futura. Sicut si aliquis non daret manum cadenti, diceretur causa casus illius: inquit D. Thom. de Malo, quest. 3. art. 1. ad 1. de quo infr. à num. 51.

Prima expositio.

Cap. 4. 19. Secundæ.

Hieron.

Quo modo Deus seducere dicitur?

Tertia expositio.

D. Thom.

42 In Scriptura interdum dicitur ab hominibus, imò à Deo fieri, quod fieri permittit. Itai. 63. 17. Quare errare nos fecisti Domine de vijs tuis: indurasti cor nostrum ne timeremus te? Psalm. 72. 18. Propter dolos posuisti eis: deiecisti. Et. 80. 13. Dimisit eos secundum desideria cordis eorum. Rom. 1. 18. Tradidit illos Deus in reprobum sensum. Exod. 9. 12. Induravit Dominus cor Pharaonis. Ezech. 14. 9. Ego Dominus decepti Prophetam illum. 3. Reg. 22. 30. Ait Dominus: Quis decipiet Achab? Idem Itai. 6. 10-19. 14-29. 10. alibique passim, sed potissimè, Rom. 9. 15. 18. ubi uti vidimus: Miserebor, cuius miserebor. Ergo cuius vult misereatur: & quem vult, indurat. Cuncta exponuntur à D. Thom. loc. cit. Deus dicitur trahere aliquos in reprobum sensum, vel inclinare voluntates in malum; non quidem agendo, vel movendo, sed potius deserendo, vel non impediendo; sicut si aliquis non daret manum cadenti, diceretur causa casus illius. Idem Opuse. 7. in 6. pet. Orat. Dominic. Permissivè enim à Deo cuncta relata dicunturque ab illo facta, quasi intentionaliter intenta. Dicitur ab illo bonum, & indirectè vel occasionaliter malum. Unde Angel. Doctor, 1. 2. q. 79. art. 3. in corp. subdit: Deus autem proprio iudicio lumen gratiæ non immittit illis, in quibus obstaculum invenit. Unde causa subtractionis est non solum ille, qui ponit obstaculum gratiæ; sed etiam Deus, qui suo iudicio gratiam non apponit: & per hunc modum Deus est causa obsecutionis. Homo tunc propriè & positivè se indurat: indirectè & negativè induratur à Deo: igitur cum in manu Dei esset vel extendere manum, ne sequeretur lapsus, vel compescere ab offendiculo; dimisit eum secundum desideria cordis, ut seductus dederetur inimicis. Ita Deus ut figulos ex eadem lutum massa formare dicitur vasa in gloriam, atque vasa in contumeliam: alia fice, alia verò fice. Misereatur cuius misereatur, quia misereatur: quem vult indurat, quia non misereatur; sed relinquit in propria duritie in penam peccati. Cuius misereatur gratuita iustificatione, quia miserentis est Dei, misericentis, cuius vult: facit vas in honorem: quem verò indurat, quia non misereatur, & non misereatur, quia non vult; format vas in contumeliam: hoc permissivè, illud intentionaliter; ita ut sicut Deus positivè & directè, iustificando misereatur, positivè & indirectè

Psalm. 72. 18.

Quod Deus permittit, dicitur facere.

Idem.

Idem.

Rom. 9. 18. 21.

Quomodo fingit vasa in contumeliam & in bonorem?

ex

Ex proposito efformet vas in honorem : similiterque sicut ex obliquo & permixtivè peccato- rem indarat ; permixtivè , indirectè , præter intentionem in dedecus vasa construat. In rem. Seducuntur peccatores à seipsis : & quia non impediuntur, vel iuvantur; dicuntur seducti ab eo. Hinc propter dolos posuisti eis : decipisti eos dum alleverantur. Fortuna fallaci , blandi- ta vultu sit dolus ; etenim, ut inquit Senec. Epist. 110. Quoties magna gratulatione exce- pta res est ; gradum sibi extruxit in præceptis : & aliquem iam eminentem alleverat etiam- num, tanquam ibi aduc staret, unde tunc caderet. & Lucan. 3. Pbarf. v. 448. In ruinam.

Quart. ex- pofit. Senec.

Lucan.

Sine com- municatio- ne secreto- rum, fufpi- ciofum ami- ci commer- cium.

43 Celare amicum sermonem, perfidia dicitur, seductio, aut circumventio : sic illa pelsima, quia Samson causam roboris tacuerat, dixit illi; Usque quod decipis me? Quomodo di- cis, quod amas me, cum animus tuus non sit mecum? Iudic. 16. 13. 15. Dum sermo amico non revelatur, videtur amicitia languere. Iccircò dicenti Sunamitidi : Nunquid non dixi tibi : Ne illudas me? pramissit Elifeus : Dominus celavit à me, & non indicavit mihi 4. Reg. 4. 27. 28. & 1. Reg. 20. 12. Ait Ionathas ad David : Si investigavero sententiam patris mei, & non statim misero à te; & notum tibi fecero; hæc faciat Dominus Ionathas & hæc addat : siquidem in amicitia tanta, silentium amici videretur perfidia : qua de cau- sa dixit Absalom ad Chufai, qui fecerit à David : Hæc est gratia tua ad amicum tuum? 2. Reg. 16. 17. & Saul Michol, quæ cum celaverat viri fugam : Quare sic illuisti mihi? 1. Reg. 19. 17. Amicitia signum est amici revelare pericula, ut caveat. Quare si amico con- ficio, casus lævæ fortis ingruerit, auctor dicitur calamitatis, quia notitiam discriminis cau- turo non ministravit, & affligi amicum scienter, quasi studiose permisit. Haud aliter sentus quærimonia Ieremia. Deus amicus præciebat futuram Prophetæ persecutionem, excitandam à Phallor, & propter vaticinia, ab ipso proferri præcepta. De periculo nihil dixit, in- carcerationis non admonuit : & cum educeretur casus Propheta de nervo, dicit se seductum à Domino; quoniam sciens periculum, familiari non ostendit, & percutiendus Propheta incogitanti non cavet. Hac in acceptione (de qua egimus Tom. 3. T. 10. n. 12. & 4. T. 5. n. 10.) legitur Tirinus & Menoch. Decipi permixti : & quia permixti, ab illo seductus di- citur. Vatabl. Imposuisti mihi, & seductus sum. Septuagint. & decipisti me. Usus est hyllo M. Senec. Controv. 1. dicens, cum longe a seductione monitor esset, Aiebat : Non oportet fieri. Tu dicebas : Oportet. Tibi credidi : impulsisti me in fraudem. Cur autem pleonasmò cogitationem roborat : mihi videtur exprimere seductionem sine effugio : uti dixit, Thren. 1. 14. Dedit me Dominus in manum, de qua non potero surgere. Plenè lamentatur se de- ceptum, quippe nec cogitabat periculum, ex quo nullus exitus ; qua de causa dicitur se- ductione seductus. Maluend. Persuastisti me & persuasus sum. Pagnin. Ab, ab! Verè deci- piendo decipisti. Ar. Moutan. Imponendo imposuisti : sine recurru felicitè : etenim ut dice- bat Cicer. 3. ad Attic. Epist. 7. Pacis spe in fraudem incidi. Huiusmodi articulum etiam tautologicè Profani designant. Liv. lib. 23. sect. 37. Fraudem fraus. Sumptit proculdubio ex Plato, qui in Aftinar. A. 2. scen. 2. v. 20. inquit : Fraudem fraus : ubi Nonius : Fraus de fraudatus. Adi Lambin. & Tuabmann. hic, & Festum verb. Fraus. His prælibatis in- telligitur illud Pauli : Adam non est seductus : mulier autem seducta in prævaricatione fuit. Non seductus Adamus, vel quia cognovit seductionem, & nihilominus uxori complacuit; vel quia illa illi non dedit pomum seducta, animo seducendi; sicut acceperat illa à diabolo, quapropter propriè seducta dicitur. Implevimus quod promissimus Tom. 1. Tautolog. 6. D. 2. n. 12. Alia expositiones etiam congruunt ex dicendis.

M. Senec.

Cicer. Tin. Liv. Plaut.

1. Tim. 2. 14.

Interdum in opere cogitatur effe- ctus, & non animus.

Galat. 3. 13.

Non veritas sed exterioritas. Hieron. Catachresis. Quæri. ex- pofit.

44 Alia cogito. Frequenter in Scriptura res iudicantur secundum communem cau- sam ; ita ut consideretur effectus & non animus, qui longe est ab effectu: ut cum Deus dicitur dormire aut irasci, homines odisse se, dum diligunt iniquitatem : qui enim contra se agit, videtur odisse se : mo' totiesque non odit odij expressione, sed amat, dum propter vitam æternam se sibi negat : diciturque odisse se, quia nemo carnem suam odio habet ; nisi qui in vitam æternam odio perfectò custodit. Christus dicitur maledictus (imò Maledictum Gal. 3. 13.) non quia esset, sed quia videbatur factus pro nobis maledictum 3. igitur scri- ptum est : Maledictus omnis qui pendet in ligno. Ita dictus filius fabri, Matth. 23. 35. quia putabatur filius Ioseph. Circumciditur etiam, quia in similitudinem carnis peccati. Rom. 8. 3. & reputatur sicut cæteri hominum, quia habitu inventus ut homo. Philipp. 2. 7. Non alia de causa Maria, vel à filio dicitur Mulier, Ioann. 2. 4. 19. 26. Abusive Virgo Mulier appellata est, propter eos qui illam fuisse virginem nesciebant : inquit Hieronym. in Epist. ad Galat. 5. 18. Non aliter sensus Tautologia nostræ. Non enim seductionem signat in Deo à quo missus, tanquam ab animo ; sed tanquam ab eventu : igitur obsequens Dei in a- perio

perio talia passus, qualia pateretur ab alio seductus, & solent pati qui à seductoribus iudican- tur decepti. Exempla sunt in Scriptura. Iacob filijs dixit : In meam hoc fecistis miseriam, ut indicaretis ei & alium habere vos fratrem. Genes. 43. 6. Abicit etiam cogitatio huiusce maligni propositi ; at ab effectu Iacob iudicavit articulum : equidem qui illud affligere cogitaret, nil gravius meditaretur. Sunamitis dixit Elifeus promittenti, In tempore isto, in hac eadem hora, habebis in utero filium : Noli quæso domine mi, vir Dei, noli mentiri ancil- le tue. 4. Reg. 4. 16. Non mentiebatur : sed qui sciret ab illo promitti, quod præstare non poterat, arbitrareretur mendacium. Similiter dum Dominus dicit, Ezech. 14. 9. Ego Domi- nus decepi prophetam illum. Non quia Dominus deceperit, sed quia illum, non indicando veritatem, perinde ac si voluisset decipere. Denique Iephte, cum occurrit filia, voto emisso de sacrificando quod primum occurrisset; exclamavit : Hæc me, filia mi, decipisti me, & ipsa decepta es. Iudic. 11. 35. In neutro animus decipiendi dicitur deceptio ; quia ita even- nit, quasi intenderetur dolo. Ab eventu patitur Ieremias libravit seductionis articulum, quin intenderet in præcipiens animum : illata est nihil cogitanti iniuria, quia arte infer- retetur dolosa. Quam longissime seductionis propositum : sed inventus est seductus, quasi interfuisset seductionis animus. Unde Tigur. Illexisti me, & illeceus sum. Septuag. Rom. Perturbatione perturbasti me, & tu fuisti (occafio) in perturbatione ; quia permixti, & ego subivi periculum, quasi homo qui non præcaverat dolum.

Propria in- cogitanti dicitur ami- ci per fidiam.

45 Apage blasphemiam Eschylæ in Persis, v. 84. rudentis : Fraude iusta non ab- stinet Deus : fraus non iusta. Dum ille improbos tradit in reprobum sensum, non seducit; illi à seipsis seducuntur, quippe tunc, quasi in lumine ambulare iudicant, dum cæci in te- nebris ambulat. Aliquando satanas transfiguratur se in Angelum lucis, ad tentandos eos, quos ita vel erudiri opus est, vel decipi iustum est. Magna Dei misericordia necessaria est, ne quisquam, cum bonos Angelos amicos se habere putat ; habeat malos demones amicos fictos : eosque tantò nocentiores, quantò astutiores ac fallaciores patiatur inimicos : & qui- dem illos philosophos in impia civitate, qui Deos sibi amicos esse dixerunt, in demones ma- lignos incidit certissimum est ; quibus tota civitas subditur, æternum cum eis habitura supplicium. Hactenus Augustin. 19. Civ. cap. 9. Non dicit : Oportet, vel iustum est decepi- re, sed decipi ; ut per pœnas videant quam vanæ cogitationes, & alij decidant à cogita- tionibus suis, videntes hominem qui non posuit Deum adiutorem suum, sed speravit, præ- valens in vanitate. Dimissi sunt libero arbitrio, iudicio Dei iusto & occulto (inquit idem de Correctione & grat. cap. 13. & 14.) de his qui faciunt que non vult, facit ipse que vult : infatuatque illorum consilium (ut in Achiophel salto prudentia propria) ut comprehen- dantur in superbia sua. Obijcit illorum cogitationi speciosa primo aspectu consilia, abscon- dens incommoda & expeditionis pericula, ut cadant in retiaculo eius peccatores, eundem felicem exitum in futuris, ac in præteritis criminibus cogitantes : tuncque prevenit eos iustitia Dei & supplantat; ut in infernum tota machina corruat. Propter dolos posuisti eis. Psal. 72. Hebr. Lubricitates : quia qui lubrico nititur, proprio pondere facillimè labitur. Confidunt in nihilo, telas aranæ texerunt ; & cum ita in futile fulcrum facillimè iacitur, quasi tela araneorum vita succiditur. Si autem iniquitas nostra iustitiam Dei commendat, quid dice- mus? Nunquid iniquus est Deus, qui infert iram? Absit Rom. 3. Nullus autem iuste pec- cat (ait Fulgent. quo supr. cap. 13.) quanvis eum iuste Deus peccare permittat : & quia homo deserens Deum, peccat ; deserens peccatorem Deus iustitiam servat. Quid enim ma- gis iustum, quam ut ille qui desiderio peccandi, iam peccat ; pro eo quod desiderans pecca- re, ipse sibi noxius efficitur, semetipsum peccato suo ladere permittat? Prosper. d. v. 375. succidit.

Æschil.

August.

Impij à se seducuntur. Idem. 2. Reg. 15. 31.

Psal. 72.

Et iusti in seductione relinquuntur à Deo. Fulgent.

Nec sine iustitia pereunt, qui mentis bonorem Soridibus obruerint vitiorum, ut lumen ab illo Emissum, indigna nollet requiescere sede.

Prosp.

Hæc iustitia est, non fraus nec seductio ; cum improbi sibi præparent præcipitia & lubrica, cogitantes & recogitantes commoda.

Sinis ire volantes Altiis, unde trabant casu graviore ruinam.

Cruciani

46 Ut constet amplius, quo sensu Ieremias dicitur seductus, aliqua præmittenda de dolo. De malo & dolo boni egi, Tom. 4. T. 9. à n. 8. Dolus bonus olim dicebatur fo- lertia aut ars, qua aliquis decipitur, sine ulla alterius intentione decipiendi ; vel arte inter- cipitur, qui decipiendi propositum fovet, & astu frustratur voto. Ita in lucem veritatis fuit iudicium Salomonis. 3. Reg. 3. 25. Stolidi Claudij iudicium insigne refert Sæeton. in eo, cap.

Quid dolus bonus?

- Sueton. cap. 17. *Fœminam (inquit) non agnoscentem filium suum, dubiâ utrimque argumentorum fide, ad confessionem compulsit, indistincto matrimonio iuvenis.* Eodem intuitu ut filius cognosceretur à patre inficiatore, iussit Alphonfus V. Aragon Rex puerum sub hasta expugnari; quod videns pater, infantem filium suum esse pietate falsus est. Panormitan. de eius gestis; lib. 2. cap. 39. Eginus de varijs miris Principum iudicij, Tom. 5. T. 1. n. 24. Carolus Magnus dubio homicidij aggressore patre & filio; suspendi iussit utrumque, & invenit circumspicte sagax verum reum. Molan. lib. 1. de *Fide Heretic. servand.* cap. 8. Ioann. Magn. *Histor. Gottæ.* cap. 29. & Delr. *Disq. magis.* in Prefat. lib. 4. Superioris solertie fuit ingenium Phrynes, cui optio facta, in pergula Praxitelis eligendi ex imaginibus, quæ potissimum placeret. Maioris pretij cupiebat, sed quamam esset ignorabat; & altitè callidissimi cognovit, fingens officinam undique correptam igne. Unde dolente artifice de Cupididine iactura Cupidinis imaginem omnium præstantissimam, ac pretiosorem elegit. Vide Petr. Crinit. lib. 24. cap. 10. & Erasim. Roterod. 6. *Apophth.* n. 85. Hac de causa Plaut. in *Pseudol.* Act. 1. scen. 5. v. 70. dolos bonos dicit *Per sycophantiam doctos dolos.* Doctè factè cogitavit Demosthenes. *Quædam mulier* (ait Theobald. Angilbert. in *Mens. Philosoph.* Tract. 2. cap. 17.) *pecuniam à duobus hospitibus accepit, conditione premissa, ut illam utrique simul redderet. Ex illis unus paulo post quasi socio mortuo, pecuniam decipiens, totam pecuniam recepit.* Deinde alter superveniens petij depositum. Illi angustata dixit Demosthenes: *Quiesce, & respondit pecuniam flagitanti: Mulier parata est depositi fidem solvere, sed nisi socius advenerit, id facere non valet; quia lex à vobis data est, ut pecunia alteri sine altero non daretur.* Tract. 4. cap. 12. etiam inquit: *Quidam emens equum, quæsit à venditore, si valet? Dixit, quod sic. Quare, inquit, venditis? Respondit: Quia ego sum pauper, & ille nimis comedit. Habetis, inquit, aliquam malam conditionem? Respondit, Non nisi quod non ascendit in arbores. Cùm autem emptor equi domum duceret, mordebat omnes: Tunc ille, Verum dixit mihi, quia nimis comedit. Item veniens ad pontem lignum, non sinit transire: alij hoc videntes dixerunt: Verè non ascendit arbores.*
- 47 Non minoris sagacitatis fuit ingenium Anaximenis. Cùm Lamscam Philosophi patriam diruere statuisset Magnus Alexander, & videret Anaximenem præceptorem obviam extra muros ei venire, deprecatur pro sua civitate; *Turo,* inquit, *me non facturum, quod petierit Anaximenis.* Tum hic: *Peto* (ait) *ut Lamscam diruas, Quare Rex iureiurando compulsus est servare, quod demoliri statuerat.* Erasim. d. n. 8. Idem dicitur accidisse in commotione Toletana cum filiola Alphonfi VI. iurante Rege, contraria illius precibus facturum: illamque enixè suppessisse, illicè interfici Reginam, & Archiepiscopum. Lex erat apud Loerenses, ut qui alteri executeret oculum, ei vicissim oculum executeretur, nec ista pena redimi pecunia possit. *Evenit autem* (ait Demosthenes in *Timocratia*) *ut homo improbus inimico suo unoculo minaretur se illum oculum unum ei excussurum, & pœnâ Talionis legè satisfacturum.* Comminatione percussus vehementer unoculus, quid reputaret vitam in civitate ducendam, constituit vel cum vite discrimine (quia qui legem novam inferre coepisset, vel veterem derogare, procedere debebat in concilium mille virorum, inserto in laqueum callo) novam legem rogare, cuius hæc esset sententia: *Si quis lusco, aut unoculo oculum excusserit, utroque oculo privetur. Ita repressa comminantis improbitas invenit.* Idem invenit in *Loerens. Republ.* §. 18. Hucusque nec dirempta lis inter Pythagoram rethorem & Ebathlam eius discipulum. Hic illi promisit magnam pecuniam, si doceret artem (qua causa infirmior fieret fortior, uti vendebat Protagoras apud Aul. Gell. lib. 5. cap. 10.) modo obtineret palmam in prima causa apud iudicem orandam. Cùm iam Ebachus, satis superque in arte profecisset, & causas recipere noller; Pythagoras coram iudicibus conveniens: Tu reddes summam, inquit, sive pro te, sive contra te nunciatum fuerit. Si pro te, mihi merces debetur ex pacto: si contra te, merces mihi debetur è sententia. Quid æquale? Ebathli responsum. Si pro me, inquit, sententia, è sententia nihil tibi debeo: si contra me, nihil tibi debeo ex pacto. Inextricabilis profectò nodus. Ad *Mens. Philosoph.* cit. Tract. 2. cap. 17. & Helinand. de *Institut. Princip.* lib. 2. Distincta in materia idem argumentum refert. Aul. Gell. lib. 9. cap. 16. Lex erat: *Vir fortis pœnio quod optaverit, donetur.* Qui fortiter fecerat petij alterius uxorem in matrimonium, & accepit. Cuius fuerat uxor, fortiter etiam se gessit: repetit uxorem. Causa libatur. Coram iudicibus novissimus vir fortis dixit: Si placet lex, redde: si non placet, redde. Primus respondit: Si lex placet, non reddo, quia lege hæbeo: si non placet, non reddo, quia iure careo.
- 48 Dolus autem malus est machinatio proposito decipiendi, maximè dum aliud dicitur, & aliud agitur. Doli non sunt doli, si cogniti: necesse est, ut fiant astu, ut doli sint;

sint: uti dicit Plaut. in *Captiv.* Act. 2. scen. 1. v. 26. & in *Pseudol.* Act. 2. scen. 1. v. 5.

Pectore paravi copias duplices, triplices, dolos, perfidias.

Homer. *Odyss.* v. 378. *Me interfecit dolo, non viribus: & 14. v. 287. Fallaciâ veterator.*

Tertullian. in sua *Genes.* a v. 104.

Accepi fallente dolo, blandoque rogatu:

Nam sua viperis intexens verba veneni,

Hæc mihi præ cunctis narravit dulcia pomis.

Plena exemplis perfidiæ sunt sacra Biblia: plura referemus Tom. 8. T. 6. ad illud Ierem. *Frater supplantans supplantavit:* aliqua nihilominus præmittenda. Magna fruges in agro mundi. Amasis, ut refert Herodot. lib. 4. & Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 10. cùm super occultam fossam fœdus feriret, id ratum iurans inimicis, quoad humus illa duraret; nocte recedatà foveâ fœdus solvit, quasi sine perfidiâ in hostes tutius procederet. Idem Loerensi perfidiâ, quippe Magistratus pacem pacti perpetuam, quandiu terram illam calcarent, & capita illa collo portarent: cùm alliorum capita, quæ clam è collo suspenderant, & terram in caleos occultè summisiam, abiecissent; bellum hostibus improvèsum excitant. Similitèr Perusiani pacem iurant, quandiu haberent in corpore de vite, quod italicè vitem & vitam significat: proietatque vite, quam in sinu gerebant, bellum renovantur. Pericles iurans incolentes hostes futuros, si ferum deponerent, nimirum arma; quæctos ingulavit inermes, quia in sagulis retinuerunt fibulas ferri. Plataenses pacti religione reddere captivos, necatos tradiderunt. Samnites cum obsessis pacti de lapide tollendo per universi muri ambitum; à parte infima lapidem sustulerunt. Campani qui iuraverant dimidiam partem armorum hostibus relinquendam; cuncta desecantes diviserunt. Idem usque Antiocho, cui dimidium navium ei fœdere Romani tradere debebant: quod quidem non fuit desicisio, sed fœcio. Unde Macrobi. 2. *Saturnal.* cap. 6. inquit: *Navem si dividis, nec tu nec socius habebitis.* Cleomenes Spartanus noctu Argivos est adortus, cùm quibus per septem dies inducias pepigerat; dicens dies non noctes inter utroque pactas. Phœnicus periclitantur ab incolis Libyæ tutam mansionem per spatium diei & noctis: posteaque nunquam abire voluerant, quia in perpetuum nox & dies. Calliditate etiam usa Elissa pro solo Carthaginis: igitur empto ab indigenis quod corio bovis tegi posset; corium in tenuissimas portiones secare iussit. Virgil. 1. *Aneid.* v. 371.

Meratque solum facti de nomine Bysam,

Taurinum quantum possent circumdare tergo.

Hæc decerpta ex Thucidid. lib. 2. Cæl. Rhodigin. lib. 1. cap. 7. Iustin. lib. 18. & Appian. lib. 3.

49 Scitum est & scitulum commentum cuiusdam Pythij in Caium Cannium Romanum, hortulos Syracusis habere cupientem, & minimè parcentem auro. Pythius picatores invitat, & cum illis convenit, ut ante hortulam præsentè Cannio, postera die retia iactent, prædamque ante pedes convivantis proiciant. Oblupuit Cannius & numero cymbarum & multitudinem piscium. *Inensus hortuli cupiditate, contendit à Pythio ut venderet* (inquit Cicero, *Officior.* lib. 3.) *gravare ille primò. Quid multa? Impetrat: emit homo cupidus & locupletex tanti quanti voluit Pythius. Invitat Cannius postera die familiares suos, venit ipse mature, nihil videt, nullus ibi solere piscari, audit; delusum se rectè advertit. Stomachatur, sed quid faceret? Nondum Aquilius protulerat de dolo malo formulas. Eodem refert Rhodigin. loc. cit. Fertur* (ait Herodot. lib. 1. quem sequitur Guillelm. Struck, de *Sacrific. Gentil.* cap. 162.) *Archebittum apud Cydriam hospitem suum auri magnam vim deposuisse. Tum Cydria malum consilium avaritia suggestit. Cùm enim aurum apud se depositum ab ipso reposeretur, contumaciter negavit: & cum inter se contenderent, tandem visum est, ut totum negotium ad iuvandum referretur. Cydrias igitur cùm tertio post hæc die fidem suam, seu Deis commissam, iure iurando confirmaturus esset; reversus domum excogitavit dolum huiusmodi. Omne simul aurum in excavatam ferulam inclusit, & qua parte ferulam manus amplectitur, fasciam circumvolvit undequaque, ut doli celaretur. Postquam verò præscriptus dies advenit, Cydrias languidum gradum causâ morbi fingens, sulciendo ferulæ corpus, accessit, & stans ante templum, ferulam, in qua omnis eius iniquitas latebat, Archebittino tenendam porrigit, donec absolveret iuramentum. Deinde manibus elevatis dixit, accepisse se depositum ab Archebittino; sed id restituisse: quod quidem mendacium erat, arte confectum. His actis graviter indignatus Archebittinus, ista vehementer ferulam in pavementum proiecit: qua diruptâ, omnis auri moles effluxit. Patuit doli malus. Huius factus fatelam notam fecit mira iudultria Philippus III. Gallie Rex. Apud*

Tom. VI.

N

cuius

Plaut.

Homer.

Tertull.

Insignis perfidiæ solertia specio

Macrobi

Virgil

Ludicrum

Cicero

Pergrinum commentum

Herodot.

Singularis industria.

eius affinitate coniunctum, & impense dilectum, sacculum auro plenum sub eius fide deposuit quidam mercator, cui repetenti negavit, de quo conquestus est Regi; qui mercatorem in camera abscondit. Vocato amico, ac benigne recepto, cum eo multa familiariter contulit: vidensque anulum quem frequenter sibi obrulerat, dixit Philippus: Amice, habetisne adhuc illum anulum? At ille: Sæpe Domine obtuli vobis, & adhuc rogo ut recipiatis. Accipiens, secreto misit ad uxorem amici pro auri sacculo, & anulum pro interseignio. Aurum Philippus accepit, mercatorem è secreto eduxit, depositum comprobavit, sacculum domino restituit, & è regno amicum expulit. Theobaldus Anguilbertus, quod dud. cap. 12. Acrius supplicium, tamen iustum, ingenti perfidia inculit Philippus Anytax, inscribendo stigmata improbiissimo militi, ingratiissimo hospiti, avidissimo naufragi, ut ait Senec. 4. de Benef. historiam referens, cap. 37. & 38. Sat fiat ista pro dolo malo, in quo semper deceptio. Adi Augustin. in lib. 83. 99. 53.

Theobald.

Supplicium ingratitudinis. Scacc.

50 His prælibatis in expositionem extremam testimonij tautologici Ieremia de seductione à Deo, cuius non potest esse seductio, deveniamus. Angel. Doctor, 2. 2. q. 171. artic. 6. astruit duplicem cognitionem futurorum contingentium, de quibus est propheta, in divina præscientia: vel in seipsis, præut præsentialiter Deus intuetur; vel in suis causis, præut in his videt ordinem in effectus: quæ quidem duplex cognitio, licet in intellectu divino coniungatur, aliquando non coniungitur cum revelatione prophetica; quia impressio agentis non semper adequat eius virtutem. Unde quandoque revelatio prophetica est impressa quadam similitudo divine præscientiæ, præut respicit ipsa futura contingentia in seipsis: & talia sic eorum, sicut prophetantur (ut illud Isai. 7. Ecce Virgo concipiet.) Quandoque verò prophetica revelatio est impressa secundum ordinem causarum ad effectus; & tunc quandoque aliter evenit, quàm prophetetur, nec tamen prophetia subest falsum: nam sensus prophetia est, quod inferiorum causarum dispositio hoc habet, ut talis effectus eveniat. Ut illud: Morieris tu, & non vivos. Non enim deceptus fuit Propheta, licet aliter miraculo evenit; quippe extra ordinem causarum inferiorum, dum necessarium miraculum. Non omnia Deus ostendit in prima mentis illustratione, quapropter si iuxta illam aliquid loqueretur Vates ex proprio Marte, & erraret (quia ut futurum erat in seipso; non moriturus Rex, sed deinde quindecim annis superites) poterat dici seductus à Deo: haud quia prophetia subest falsum, cum Vates illustraretur de futuro secundum ordinem causarum inferiorum ad effectus; sed quia non habendo cognitionem de futuro prout in seipso (quia Deus non revelaverat) videns aliter evenisse, quàm prophetaverat; poterat suspicari seductionem, vel in illa enunciatione non fuisset præscientiæ lumen: igitur propheta est revelatio divina rerum eventus immobili veritate denancians, uti fusè videbimus, T. 5. ad illud, Propheta prophetabant.

Quomodo Deus cognoscit futura contingentia. D. Thom.

Unde in propheta error, sine errore prophetæ.

51 Clarius pro Tautologia delcandum propositum. Non omnia simul revelari in divina revelatione Prophetis; patet, quia Deus revelavit Samueli, unum de filijs Isai ungendivum in Regem Israël, sed non revelavit usque in articulum, quis esset ungendivus. 1. Reg. 16. 1. 12. Perpicuius, 4. Reg. 4. 19. ubi Eliseus Sunamitidem alloquitur: In tempore isto, in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in utero filium. Scivit, si vita gauderet, habituram filium; verum nescivit, habituram vitam. Petro dixit Spiritus: Ecce viri tres querunt te. Petrus verò ad illos: Quæ causa est propter quam venistis? Act. 10. v. 19. Unum à Spiritu Sancto scivit, & aliud Spiritus nullo modo revelavit. Hinc Gregor. Magn. in Ezechiel. Homil. 1. inquit: Aliquando prophetia spiritus in presenti ex parte tangit, & ex parte non tangit. Petro adesse milites dixit, & pro qua causa venerat, tacuit. Non exprimit totum in illustratione, sed partem, præut vult & placet, vel necesse est. Prophe-tia potest iuxta illustrationem agere; & reliqua de quibus non illuminatur, non intelligere, sed intellectu communi, ut idem ait, 2. Dialog. cap. 3. ratiocinia intus & extrà formare: sicque dirigere operationes iuxta proprium sensum, vel ex speciebus illuminationis; ut erret & decipiatur: siquidem cogitationes illæ sunt, præut prophetata cognoscit; haudquàm præut Spiritus revelavit. In revelatione Spiritus non potest esse (deceptio in proprio sensu vel ex his quæ revelaverat Dominus, potest esse) seductio; quia ex proprio sensu fallibilis cogitatio: diciturque Ieremias seductus; quia cogitabat futura præut cogitabat, nequaquam præut Spiritus prædixerat. Elucet utroque testimonio. Promiserat Deus per eundem Prophetam pacem, sed non prædixerat, quando futura. Advenit tribulatio, dicitque Vates: Heu, heu, heu, Domine Deus: ergone decepti populum istum & Ierusalem, dicens, Pax erit vobis, & ecce pervenit gladius usque ad animam? Unde deceptio & à Domino? Ex proprij sensus cogitatione, promissà à Domino pace.

Non omnia in istam propositionem prophetæ revelat Deus.

Greg. Mag.

Quinta expositio.

Ierem. 4. 10.

Pa-

Pacem in tanta turbulencia rerum populus non cogitaret, ni Dominus prædixisset: seductusque à Domino dicitur, dum furiosè gladius inter cives debacchatur; quia ut cogitaret pacem, ex Domini notitia fumpit futiliter occasionem. Revelavit Dominus Ieremias quæ locutus, sed non revelavit quòd ob illa percutiendus: exclamatque, seduxisti me Domine, & seductus sum. Non quia Deus fefellerit, sed quia se non intelligendo seduxit. Seductus à Domino, occasionaliter; quippe ni fuisset illa revelatio à Domino, haud patenti exponeretur periculo: nec cogitaret quæ cogitavit, in quibus se præmissa revelatione fefellerit. A se seductus, quia deceptus proprius sensus: tributique Domino seductionem, illum nocens extra fraudem; quippequam nullam acerbiteram sustineret, ni Deus in vaticinium ita feverum misisset.

Ex re malè intellecta seductio propria. Cap. 20. 7a.

52 Astruitur expositio celebri testimonio: igitur cum cecidissent filij Israël percussi ab una tribu & improbâ, præter habitatores Gabaâ; maxime cum Deus in bellum ducem designasset, & pugnare iussisset; Philo Biblius asserit, ita dixisse Phinees: Quæ est seductio hæc, quæ seduxisti nos Domine? Nunc dicunt, quod manifestationes tue (Urim & Tummim) manifestationes tue veritatis mentiantur coram te. Eadem verba ac sensus verborum, qui in sententijs Ieremias. Deum sciebant illos nec seducere, nec posse. Interrogaverunt faciem eius tam de pugna duce, quàm de pugna. Clasicum cecinere, aperto Marte femel & iterum victi sunt: dicunturque à Domino seducti, dum fuerit victi; quia minimè duplici prælio iaculissent, ni dixisset Dominus, quod ascenderent. Ita iactus. Consuluerunt filij Israël Dominum, atque dixerunt: Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis? Quibus respondit Dominus: Iudas sit dux vester. Sed corruerunt. Denuò victi consuluerunt, an procedere deberent ultra contra filios Beniamin? Dominusque respondit: Ascendite ad eos & inite certamen. Corruerunt etiam: & licet à Domino nulla seductio, dicuntur decepti à Domino; quippe in manus hostium traditi, quasi esset seducti. Ni imprudenter bellum capesserent, consulere Oraculum per Sacerdotem summum. Audierunt à Domino ducis electionem, inendum certamen. Ni audissent, in hostes non procederent: Dominoque tanquam seductori tribuitur ruina, amissâ victoria; siquidem ni responsum in consultis accepissent, nequaquam cum Beniaminitis decertarent.

Phil. Bibl.

Indic. 20. à v. 18. Deceptionis occasio, figuratur tanquam acceptio.

53 Causa perpitua. A se seducti profecto, & Domino immerito (præter primam, summamque veritatem) tribuitur seductio. Respondit Oraculum: de victoria neque verbum. Respondit ad interrogata, de duce pugne & de pugna; ex cuius verbis nequibar fiducia concipi; nec spes ulla foveri. Illi perperam de victoria iudicauerunt, quia verba Oraculi proprio sensu intellexerunt. Foverunt in pectore, non præut dicta, sed præut à se uti commoda, intellecta: seductique corruerunt sub manu hostili, quos ex Oraculo non intellecto præsumperunt superare; igitur verba indifferentia cunctus populus intellexit, quasi Dominus de victoria prædixisset. Ex articulo constat. Implevit Dominus, dum promisit. Triumphus est secuta felicitas, dicente Domino, Ascendite, eras enim tradam eos in manus vestras. v. 28. Acu rem tangere studui: nescio, si obtinui. Ab aliquibus inquiritur, quare in bello iusto victi observatores legis, & improbi bis victores? Consule Caietan. Alapid. & Serarium hic quæst. 5. Inquirimus nos pro coronide Tautologia; Quare Dominus non respondit directè scilicet, ne ascendatis, quia corrueritis; sicut dixit David. 2. Reg. 5. 23. Non ascendas contra eos. Ni fallor, directè respondit, licet, ironicè; ut à se decepti caderent intelligentes ab illo iuvari, cum cogitare possent illius auxilij propter idola, quàm essent indigni. Hoccine schema vocatur Mycterismus, Apsismus, vulgò, Ironia, quæ quæ dicimus, intelligi debent contrario sensu. Eccle. 11. 9. Letare iuvenis in adolescentia tua, ambulans in vijs cordis tui, &c. Ezechiel. 20. 39. Hæc dicit Dominus Deus: Singuli post idola vestra ambulante, & servite eis. Match. 26. 45. Dormite iam & requiescite. Apocal. 22. 11. Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Thren. 4. 21. Gaude & letare filia Edom. Apud Profanos etiam usurpatur. Cicero. 3. in Verr. ait: Verres virgibus sine causa cæderet sociam Reipublica Romanæ? Non asque adeo improbus: non omnia in eo sunt vitia. Nunquam fuit crudelis: leniter hominem, clementerque accepit. Hac allusione Virgil. 9. Aeneid. v. 634. I, verbis virtutem illud superbis. Ovid. 7. Metamorph. fab. 26. Mota Dea est: Procris. habe, dixit, 2. de Art. v. 143.

Verbandif. ferentia de-terminare error est.

Mycterismus Apsismus, Ironia.

Cicero.

Ovid.

Ergo age, fallaci timide confide figura; Ita Deus dicit filijs Israël, quòd in Beniaminitas ascendat & certamen inlecto satyri: & ironicè: q. d. ne ascendatis. Ascendite, & videbitis quid ex certamine, & eleant in illud Duce. Floridè Virgilius, 4. Aeneid. v. 381. ex persona Didus Aeneæ.

I, sequere Italiam ventis: pete regna per undas.

Tom. VI.

N 2

Virgil.

54 Receptui canamus, proferendo de more versiones Tautologia principalis. Edificans edificavi domum. Ex Caietan. & Maluend. Edificando edificavi. Edificare edificavi domum. Tigrurin. Ego edificavi. Athiop. Edificatione edificavi basilicam. Aliqua ergo dicamus, ut in celum edificemus, & edificemur.

ADINATON EXEGETICUM.

- 1. Edificans edificavi. Aliter, quomodo? Claret spiritali edificatio: igitur si cordis pravitas evellenda, & virtus prudenter edificanda; tota machina, si inest modus, destructione edificatur: si obest modus, edificando destruitur.
2. Edificatione edificans edificavi. Quis enim, dum fabricam format, edificatione non edificat? Qui construit fastigium electionis ex suffragio voluntatis: edificationeque & apprime edificatur; ubi fructum a meritis, a fastidio non destruitur.
3. Edificatione edificavi: igitur saepe unus construit, & alius destruit; ne moles perveniat in fastigium. Quis ergo? Gratia in electione & Odium. Iuxta affectiones cordis & desideria, destruunt, & construunt suffragia.
4. Edificans edificatione edificavi. Non edificatur edificatione, si gratia applicatur exaltationi indigni: destruitur enim toto favore edificium, quippe ad honorem non habet meritum fundamentum.
5. Edificans edificavi. Duplex edificatio, Voce nimirum & Verbo: Verbum divinum in expressionem charismatum Vocis Ioannis; quia nulla vox aptior ad demonstrandam excellentiam Verbi Numinis.
6. Edificatione edificans edificavi. Cur tanta in geminatione? Laboris forme lapidum indicatur necessitas, ut locum in Ierusalem coelesti, quae edificatur ut civitas: meditanteque edificari edificatione geminatur; ne in vanum in edificium ab animis laboretur; equidem plerique volunt edificari, sed sine edificatione.

DIDASCALIA PRIMA.

Nulla res consummata, dum incipit.

A Directione Receptoris pendet profectio ulterior disciplina regularis; qua iuxta docile cor, edificentur muri Ierusalem: igitur doctrina sana accepta in tyrocinio, sunt muri validi ne mox intret relaxatio: etenim nemo vel in arce perfectionis validus, si ferro & igni vaser hostis habet muros. Sine praevia prorsum disciplina,

Ruit alto ad culmine Troia. Hinc Seneca Epist. 94. inquit: Sit ergo aliquis custos, & autem subinde pervellat, abieritque rumores, & reclamet, Erras: alia deinceps digna miratu, sive per ordinem subeunt. Apparet saepe decursu temporis error, qui oculos falsus decipiebat fulgor. Illud non agitas, ut sanctam filius omni Aspicat sine labe domum, vitioque carentem? Gratium est quod patria civem, populoque dedisti. Si factis, ut patria sit idoneus, utilis agris, Utilis & bellorum & pacis rebus agendis. Plurimum enim intererit, quibus artibus & quibus hunc tu Moriarius instruas.

Succinit Iuvenal. Satyr. 14. a v. 69. & Columel. lib. 2. de Re rustica. cap. 7. Omnes arbutulas priusquam transferas, rubricam notare convenit; quum ferentur easdem caeli partes aspiciant, quas etiam in seminarijs conspexerunt. Haud debent corda mutari a primo instituti in seminarijs proposito; quippe saepe depravantur mutatione caeli titulo: & subsistit disciplina, si in transitu stat memoria, aspectu caeli, quo nata. Canit Ioann. Iovian. Pontan. 2. Uran. in Signo Virginis Tu mihi chare puer, Illecebris ne dede animum, neu deside somno Otia corrumpant mentem: procul effuge & artes, Quas Virgo teneris molles meditatur ab annis. Post enim in auros convertet pecciora mores.

2. Providet enim & vigilanter Gloriosus N. Patriarcha, Regul. Sancti. cap. 58. indicit: Senior talis deputetur, qui aptus sit ad lucrandas animas, & super eum (novitium

Columel.

Tunc docilis atas.

Iovian. Pontan.

S. Bened.

om-

omnino curiosè intendat, & sollicitus sit, si verè Deum querat (Vide Tautolog. s. D. 1. n. 2.) si sollicitus sit ad opus Dei, ad obedientiam, ad opprobria. Curiosè quidem Receptor debet intendere, ne specie apum subintret fucus, Religionis inutile pondus, mella consumere natus, ineptus desequat ad onus; qui se querat (& non Deum) cuius infatuatum cor; & si in opus urgeatur, audiatque focordiae opprobrium; ut pungat linguam evaginet spiculum: ac denique ex fucos effrontem deformans faciem, convertatur in vesperam, vel erabronem. Adi Tautolog. 4. D. 1. Ex malo ovo corvus malus: quod si confotum, erumpit in regulum. Facilis in cognitionem discretio, modò accedat vel levis sollicitudo.

Summa vigilantia, diu traditur regularis disciplina.

Picinell. Camerac.

Sap. 5. 13.

Provi nascuntur vel a teneris ungulis.

Tunc docilis atas.

Etiam qui frugi.

aliud in pectore nisi virtus. Vide in quem virum evasit Achilles, pingente Statio, 1. Achilleid. a v. 331.

Qualiter artificis victura pollice cere Accipiunt formas, ignemque manumque sequuntur.

Talis erat diva natum mutantis imago. Nec lucata diu: superest nam plurimus illi Invieta virtute decor.

In huiusmodi opus, ne pereat artis forma, quod nobile apprimè est meditata natura; Seniore deputari oportet in novas formas, aptum ad lucrandas animas: cuius virtutes sint expressa magisteria probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere oporteat, tyronibus ostenduntia; ut super eos floreat sanctificatio, ac sedeat spiritus plenitudo, demonstrata in vitam via, qua pervenitur in astra.

4. Modus patet in Moysse. Non solum educit e servitute ac tenebris Egypti plebem electam; sed introducit portans & sinu in terram promissam: parvi sane momenti, e saeculo in Monasterium emergi, & in aeternam felicitatem non ingredi. Methodus remedia signatur. Ut destruat, & evellat, & dissepit, & edificet & plantet. Ut destruat evellendo, & edificet plantando. Aptius: Ut destructione edifice, atque edificatione fructifera plantet: etenim haud forebit viridarium Religionis, nisi evellantur pravitates, & seminentur virtutes. Edificans edificavi: Est sententia Tautologiae. Ita ergo, nec alio modo. Aliter sane spiritali edificio: igitur cum pravitas pectoris evellenda, & virtus prudenter edificanda; tota machina, si adest modus, destructione edificatur: si abest modus, edificando destruitur. Hac de causa dicitur, ut vidimus in Exposit. Liter. a Domino: Edificabo & non destruaam: A Paulo: In edificationem, & non in destructionem: equidem bonum non edificatur, ubi vitium non evellitur; & edificatum bonum sine prudentia destruitur.

5. De Hercule tentante se in cursum Olympicum, ait Pausanias, cap. 202. Ad laborum patientiam quotidianis exercitationibus se confirmans, sentes omnes qui pullularent eo in loco, vellere ac eradere sit solitus. Curfus athletee propositum, & arenam Hercoles mundat ad cursum; ut in illo nullum sit impedimentum: igitur nequit valide currere, nec bravium primus accipere, cui herba levis obstat, maximè si spina pungat. Quod videtur leve, cursui grave: non enim vel plano cursores, quorum lacerati pedes. Nihil portandum ex fermento Aegypti, ab his qui student in exitu, quanvis modicum

Statius.

Sed necessaria ad Rectorem dirigenda.

A quo virtus plantanda est praevidenda.

Ierem. 10.

3. Reg. 8.

Ierem. 42.

2. Cor. 10.

Tyronum exercitatio necessaria in exercitia.

Exod. 12.

39.

et.